

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**  
**Dilingæ, 1685**

7. De extrinsecis ad jumentis ad meditandum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

*mēns.* 4. Fiducia, quōd Deus aderit conanti- 4.  
bus, cūm ipse jubeat orare. Dicam : *Declinate Ps. 118.*  
*à me maligni, & scrutabor mandata DEI mei.* 115.  
Et : *Venite adoremus, & procidamus, & plorē-* Ps. 94. 6.  
*mus ante DEUM, qui fecit nos.*

## CAPUT VII.

*De quibusdam extrinsecis adjumentis  
ad meditandum.*

**E**T si meditatio est opus intellectūs : juvatur Admini-  
tamen ab imaginatione, linguā, & sensi- cula me-  
bus. I. Phantasia, et si alioqui impedit, cūm va- dit.  
ga est : tamen confert vis illius ad repräsentan- I.  
dum intus rem per imagines, ut quasi præsens Imaginatio.  
cernatur. Quare id erit faciendum in exordio  
meditationis, pro qualitate rei meditandæ. Ut  
si de inferno, cogitetur locus tanquam carcer,  
obscurus, arctus, profundus, horridus, igni-  
vomus, quo detineantur damnati. Si de Christi  
Nativitate, specus ventis pervia, in qua jaceat  
Salvator. Verūm, qui difficulter efformant hāscē  
imagines corporeas, potiūs abstineant, ne caput  
lædant : qui verò facile, & vehementer concipiunt,  
caveant tum à læsione capitū, tum ab  
elusione diabolica, quā fit ut phantasma pro re  
acciipiatur, & putetur divina ostensio, quæ est  
imaginationis propriæ figmentum.

II. Juvat lingua, sive oratio vocalis ipsam 11.  
meditationem, præcipue in ariditate & distra- Lingua.  
ctionibus ; nam excitatur ad attentionem ani-  
ma, & ad torporem excutiendum. Fit autem  
dupli-

dupliciter : vel cum mens ex affectu prout impicit  
in verba minimè præmeditata, aut composita :  
vel cum aptam aliquam precationem ab alio  
compositam in eum sine in excitandi seipsam,  
assumit.

**III.** **Sensus.** **III.** Quod ad sensus externos attinet, qui-  
dam sunt collectiores, vitatis omnibus objectis,  
occlusisque sensibus : alij autem aspectu cœli,  
aut pœ imaginis, vel etiam conventu pio per-  
moventur, & motibus cœteris, ut tensione pe-  
ctoris, geniculatione frequenti, prostratione  
corporis, expansione brachiorum, statione : alij  
aliter afficiuntur, vitanda autem in publico, quæ  
insolita sunt.

## CAPUT VIII.

### *De examine faciendo super Medi- tatione.*

**Quid ex-** **C**onfert multum ad fructum, ut super me-  
**aminan-** **G**editatione jam peracta instituatur examen.  
**dum.** Id, quod circa alias quoque orationes vocales,  
præsertim longiores facere, operæ pretium erit.

**I.** Examinabo accessum ad meditandum :  
an præparata sufficienter materia : an præsentia  
Dei ante oculos studiosè posita : an opus illud  
purâ intentione in Deum direxerim, & obtu-  
lerim, gratiâ dignè perficiendi postulatâ. Quod  
si minus præstiterim, dolebo, cum proposito  
emendationis.

**II.** Examinabo progressum orationis : distra-  
ctusne, atque aridus, an collectus & devotus  
fue-